MISSALE

15. Jh.

Seite 26r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

vie eius. Quis enim cognovit sensum domini. Aut quis
consiliarius eius fuit. Aut quis prior dedit illi. et retribu
etur ei. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi
honor et gloria in secula seculorum amen. Gr. Benedictus
es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedictus
es in throno regni tui et laudabilis in secula. Alla. V. Benedictus es dne deus
patrum nostrorum et laudabilis in secula. Sequencia
Benedicta semper sancta sit trinitas deitas scilicet unitas coequalis glo
ria. Pater filius sanctus spiritus tria sunt nomina eadem substancia
Deus genitor deus genitus in utroque sacer spiritus deitate socius. Non
tres tamen dii sunt deus verus unus est sic pater dominus filius spiritusque
sanctus. Proprietas in personis unitas est et in essencia. Maiestas par et
potestas decus honor eque per omnia. Sydera maria continens arva simul
et universa condita. Quem tremunt impia tartara colit quoque quem et abis
sus infima. Nunc omnes vox atque lingua fateatur hunc laude debita. Q
uem laudat sol atque luna dignitas adorat angelica. Et nos voce precelsa
omnes modulemur organica cantica dulci melodia. Eya et eya nunc
simul iubilemus alti trono dno laudes in excelsis. O veneranda trinitas
O adoranda unitas. Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus
redempti summa tu caritas. Populum cunctum tu protege salva libera eripe
et emunda. Te adoramus omnipotens tibi canimus tibi laus et gloria. Sed'
In illo tempore. D. i. d. s. Cum venerit paraclitus Iohannem
quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit
ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebi
tis: quia ab inicio mecum estis. Hec locutus sum vobis:
ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed
venit hora: ut omnis qui interficit vos arbitretur obseq
uium se prestare deo. Hec facient vobis: quia non nove
runt neque me. Sed hec locutus sum vobis: ut cum venerit
hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis. Off. Bene
dictus sit deus pater unigenitusque dei filius sanctus quoque spiritus quia
fecit nobiscum misericordiam suam. Secretum. Sanctifica quesumus dne